



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

§. 1. Ignorationem caussarum, admirationis & querelaru[m] caussam esse.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

Deſine, mortalis, diuina particulam aura
 Spe nimium fragilis incinerare boni.
 Suſpice qua calo maneat te vita perennem,
 Nec quare in terris longius exſilium.
 Parce, DEVS, lapſo, culpamq; ignoſce fatenti;
 Non conſultra ſatis verba dolentis erant.
 Tadia ſpe deinceps caliq;, auig; futuri
 Solabor vita qualiacumq; mea.
 Et mea iam ſeu vaſa vocant, ſeu ducere cogor
 Longius exſilium, non queror, & ſileo.

C A P V T XIV.

Magnam animorum medicinam eſſe, ſi quis morborum, ac
 pracipue etiam vulnerum cauſas nōrit.



icut cauſarum ignoratio, in hominibus gignit admira-
 tionem, ita hæc deſiderium ſciendi accendit, & non
 raro magnarum mater eſt querelarum; quæ ſedantur, ſi
 cognoſcatur, à quibus principijs mala noſtra originem ducant.
 Siquidem, vt Philoſophus ſcripſit, *cauſſa omnes principia ſunt*:
 cognitio autem rerum cauſis, humanæ mentis curioſitas con-
 quieſcit. Et, vt Poëta canit:

*Nil admirari, prope res eſt vna, Numici,
 Solaq; qua poſſis facere & ſeruare beatum.*

Magnam igitur medicinam & querelis, & admirationi mortaliū
 afferet, ſi in principia morborum inquiramus, eaque detegamus.
 Porrò morbi humani, vt Photinus docet, *cauſſas habent à mutatio-*
nibus quibusdam, vel intrinſecus, vel extrinſecus. Necelle eſt ergo,
 vt & illas indagemus, quæ extra nos ſunt, & quæ intra nos ipſos
 latent. His vel ex parte cognitio, non ſolū muliebriter gemere,
 verū etiam admirari deſinemus. Aio, his vel ex parte cognitio;
 quia, vt rectè ſanctus ille Eccleſiæ Doctor dixit, *qua ſint iudicia*
circa humanum genus bonitatis Dei, quis poterit explicare ſuffi-
cienter?

Aliquo modo tamen atque ex parte cauſas attingere no-
 ſtrarum miſeriarum, eſt laudare diuinam æquitatem pariter, &

R

veteres

I.

Ariſtot. lib. 4.
 Metaphyſ.
 cap. 10.

Horat. lib. 1.
 epiſt. 1.

Photin. Enn.
 2. lib. 9. ca. 14.

S. Auguſtin.
 lib. 22. de ci-
 uit. cap. 21.

II.